

Mythologia, Francfort, 1581 - X [07] : Physice è Cœlo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[07\] : Physice e Coelo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 03 : De Cœlo](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[07\] : Le Ciel](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[07\] : Le Ciel](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - X [07] : Physice è Cœlo, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 13/01/2026 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6070>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)Latin

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Ciel](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Physicè de Cælo.

Cælus terræ filius ob mundi procreationem dictus est, quia natus putetur ex informi materia. Hic excusus fuit à Saturno, per quod demonstrabatur quod unus est æther, neque ullum tempus patietur alterum æthera produci: ac neque alterum tempus è motu cæli gigneretur. Mundum igitur unum tantum esse per hæc quæ dicta sunt, significabant non minus quam philosophi demonstrare postea apertioribus rationibus conati sunt.

De Iunone Physicè.

Iuno fuit Saturni filia, quia prius cœlum ab opifice Deo factum est: deinde ex eius cursu natum est tempus, ex illo continuo æther, deinde elementa, quorum supremus est præter Iovem, aer, Iuno scilicet omnis humanæ vitæ moderatrix: per quæ imbres & grandines concitantur. Ex aere incalescente nascuntur animalia & plantæ, pro cuius temperie mores plerunq; imbibimus. Cum verò ex aqua proximè aer gignatur, nutrita dicitur fuisse ab Oceano & Thetide. Cum in aera vis ætheris ad animalium procreationem agat, vxor est Iouis; cum vertatur in ignem, Vulcanum fertur peperisse. Cum aeris benignitas rebus omnibus nascentibus conferat, coniugijs fuit præfecta. Sic igitur significabant antiqui aeris locum, & vires, & actiones, & è quibus nascatur, in quod elementum proximè vertatur, quod in ipsum agat, ipsumque aera plurimum conferre ad mores singulorum, & ad rerum omnium ortum.

De Hebe Physicè.

Hebe igitur meritò nata esse dicitur è Iunone, quia omnia cum aeris temperie pubescunt. Hæc ideò soror est Martis, quia propter fertilitatem regionum, ubertatemq; & opulentiam prouinciarum bella plerunque nascuntur: cum nemo propè de loco sterili dimicare soleat. Atque hæc de aeris vi & actione.

At Ethicè.

Fuit illa remota à poculis ministrandis Ioui, quia gratia principum est inconstantissima, omniq; vel minima de causa aliquando amittitur, quibus haud idè semper, sed aliud alijs temporibus placet, ac pulchrum apparet. Id enim per Hebes res gestas significare volebant.